

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**[Materialien zur Rechtsgeschichte der Stadt Bremen]
[CIM I 102]**

[Bremen], [17. Jahrhundert]

[Viertes Kapitel]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-90089](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-90089)

Capit. IV.

De Exaedificatione et munitione urbis

Reman antiquitus parum exaedificatam,
 minus autem muris munitam fuisse, non
 mirabitur, qui consideraverit, Germanice
 olim populos aut agros colere, aut bella
 gerere in aliena magis, quam in sua patria con-
 suesse. Tam autem primum, cum ab hostibus
 in ipsa Germania irgerentur maxime vero
 sub tempore Henrici primi, quem aucepem
 nominamus, cum is ad impediendas Hunno-
 rum incursiones, quos Hungaros appella-
 mus, mandasset, sese muris munire studuisse.
 Aucepem enim, ut Witekindus scribit, ex a-
 grariis militibus nonum quemque eligens, in
 urbibus habitare fecit ut ceteris octo suis
 confamiliaribus habitacula exstrueret,
 frugum omnium tertiam partem exciperet
 servaretque; ceteri vero octo seminarent,
 et meterent, frugesque colligerent nono.

Concilia deniq; et omnes conventus atq;
convivia in urbibus voluit celebrari, ut homi-
nes in iis exstruendis die noctuq; operam
darent, discerentq; in pace, quid contra hostes
in necessitate facere oporteret.

Qualis autem quantaq; sub adventum Wille-
hadii fuerit Brema nostra, certi nihil habemus,
eam tamen fuisse quam visurgis ad
meridiem, et fossa vetus, quam Balgam
nuncupamus, ad septentrionem semicirculo
definit, probabiliter coniectamus. Ad hanc
Willehadus Curoniam versus Basilicam
cum erexisset ligneam, in colliculo, quem
a prioris temporis conditione etiam hodie
Ericetum s: Dir Højed: dicimus, area scilicet
Basilicæ meridionalis, Willericum suc-
cessorem ejus s: notant annales s: tres Bremae
ecclesias erexisse, earumq; primam domum
scilicet S. Petri de lignea s: quid enim
in persecutionibus Willehadus, et quidem
viennio, edificaret? Capideam fecisse.
Alteram intelligimus oratoriam S. Wille-

hadi, in quod corpus illius ex Petri trans,
 latum recondidit, et congregationi Wille,
 hadiana peculiariter consecravit. Terti,
 am silentio praterit auctor, verum an alia
 quam diva Maria fuerit, quae ut sola ad
 annum .i. 229, teste diplomate, Parochia,
 lis fuit oppidi ecclesia, ita antiquissima non
 inconcinnè praesumitur, non illa quidem, qua,
 lis hodie visitur, sed quae hodierna initia
 locum certe sedemq dedit. Addiderunt
 templa et sacella alia sequentes Episcopi
 Ansgarius quarta a Willehado, sed pri,
 mus Archiepiscopus hospitale illud nobile
 Gregorii cognominatum coepit, quod adeo
 auxere successores, ut A. 1269 sub Durchar,
 do Bullen trigesimo tertio Pontifice,
 mille sexcentas et quadraginta pauperes
 alere potuisse legatur, ante paucos annos
 improvise incendio consumptum. Ac,
 cessere pedetentim ad templa illa Deo
 militantium claustra, Schola, curiae,

juncta, etiam aedes privatorum. Ita
 ampliatum oppidum muro cepisse muniti
 firmissimo, notant Annales, circa annum
 christi millesimum, tempore Libentii
 Archiepiscopi. 35. contra incursiones
 Asio mammorum s. Dan d'ysuamur
 Duritingio Interpretare: / nam sic Appella-
 bantur Dani Pirata Saxoniam tum ad
 vastitatem vocantes.

Nec multo post agger contra insidias
 et impetus hostium, atq tum imprimis
 Bernhadi Ducis Saxonie firmatus, vide-
 licet circa annum christi Millesimum
 et vigesimum, unvami duodecimi Archie-
 piscopi tempore, in quo fallitur Reme-
 rus in suis Chronicis, qui aggerem illum
 visurgi oppositum interpretatur, cum dicit
 annales non visurgis, sed Dremensis verbis
 aggerem nominent, firmatumq non contra
 visurgis, sed hostium incursus subjiciant.
 Cum autem Annales ab Archiepiscopis
 constructa factaq non negligerit iisdem

afferibant, murum autem et aggerem nec
 Libentio, nec unquam tribuant, sed inde,
 finite educta referant, non est dubium
 ab ipsis Civibus suscepta confectaque, vis
 mirum, quibus Emma filia Comitis in
 Stotell, vidua Comitis Saxonie Luderi /
 major enim natu frater olim solus Ducis
 titulum tenuit. peculiariter dedit Pascua
 publica, qua hodie etiam Civium inde
 dicuntur.

Anno deinde Millesimo trigesimo se-
 cundo Hermannum decimum quartum
 Archiepiscopum / ajunt annales. aggressus
 sum, muro civitatem circumdare / coep-
 tum enim opus tantum erat non perfec-
 tum / sed vix factis fundamentis vitam
 finisse; cuius successor Berelinus Ale-
 brandus orbem in Gyro construens cum
 in aliquibus locis ad propugnacula erexit
 alias quinque aut septem cubitorum altitu-
 dine imperfectum dimisit, cui ab occasu
 porta grandis inhaesit, Suprag portam

firmissima turris opere Italico munita,
 et septem ornata Cameris ad diversam
 oppidi necessitatem. Sed omnia ista
 Albertus ejus successor lapidibus ad
 exusta Basilicæ reparationem transala-
 tis H° millesimo, quadragésimo tertio
 est demolitus, munitionem, ut credi-
 tum fuit, majori ambitu aggressurus.

Finis oppidi ad occasum olim fuit fossa,
 cujus vestigia ad portam, qua transitur
 ad stephani dictum *Dir Katala*, etiam
 hodie exstant, ad cujus latus meridiona-
 le visurum versus, ubi ante aggeris vete-
 ris et fossæ particula, nunc publicum Gra-
 narium magnifice exstructum visitur.
 Muro autem Parochiam Stephanianam
 circumdatam esse, H° millesimo treces-
 tesimo, et septimo, annotatum reperimus,
 quando Oligarchæ ob interfectum Gropi-
 um urbe pulsæ sunt. Nichil autem
 contentioni inter Episcopos, Civitatemq.

sim ipsam de muris extruendis. Sed utrimq;
ad ornandam exadificandamq; urbem nulla
jurisdictionis amulatione intercedente con-
spiratum fuisse apparet: At ex quo Archie-
piscopum opera suspecta fieri coepit, ad mu-
ros extruendos illi non sunt admissi:

Anno enim millesimo trecentesimo octavo
senatus cum civibus oppidi munitionem
aggressi, primo e regione Basilicæ a porta
orientali ad gregum in aggere Civitatis
murum eduxerunt: Archiepiscopus autem
trigesimus secundus Johannes, quem Johan-
nem nominant quidam, opus hoc est et vi
et jure apud Pontificem impedire frustra
est amissus, et tum urbi juncta et inclusa
est Stephaniana Parochia, hactenus velut
suburbium seclusa.

Hinc illa urbis longitudo secundum flumen
porrecta versus meridiem ovali rotunditate
ab ortu in occasum, versus septentrionem,
qua secessu temporis indies magis magisque

non ad necessitatem tantum verum etiam
ornatum munita.

Nec tantum urbs ipsa, sed et suburbia,
et vicini pagi alicubi ad militare, Communi
totius civitatis consilio, aggere, et fossa
speculisq; ad vias publicas ~~As~~ millesimo
trecentesimo nono contra subitas incursio-
nes circumdati, nec multo post Anno
millesimo ^{Trecentesimo} octuagesimo tertio de via Re-
gia munita, inter Bremam et Delmen-
horstum inter Comites Oldenburgenses
et civitatem convenit.

Ab altera urbis parte, cum trajectus
Lesmonensis non parum moraretur via-
tores, flumini pontem imposuit Civitas
et aggerem sibiibus stravit, ubi teloni-
um solvi non incelebre: ~~zum~~ ^{zum} ~~Donj~~ ^{Donj}
transientibus notissimum est. Portas
autem urbs habet absq; illis, quia ad
stationem navium ducunt, et flumen,
sex turribus, testudinibus, valvis, aggeribus

fossis, propugnaculis, demig quæ Coactores
 vulgo appellantur, munitissimas;
 Ex quibus illud, quod ad portam orientalem
 tecto pileato est eductum, cum Dux Brien,
 Suiensis et Lüneburgensis forte per illam
 ingressus, vidisset: Architecto, exclamavit,
 oculi effodiantur inexpugnabiles urbes
 reddituro si plura attollat.

Occidentale sive stephani Castellum
 Anno millesimo, quingentesimo vigesimo
 secundo constructum est, fossa et vallo
 latius diductis, portæ Abbatis vallo
 oclusa.

Tertium ultra visurgim è regione
 portæ, quæ pontis appellatur Anno mille-
 simo quingentesimo trigesimo primo sine
 tecto quidem sed aggere quidem, fossaq valde
 obvallatum, cui sponsæ nomen ideo, quod
 urbem devotam sibi instar sponsi habeat,
 impositum.

Præcipua autem urbis munitiones, quæ
nunc sunt statum, non admodum sunt ve-
luta. Quæ visuntur inter Abbatis et
Ansgarii portam anno millesimo, quingen-
tesimo, quinquagesimo inchoata, et pau-
cis septimanis perfecta sunt, operaq;
cætera nostra ætate continuata vidimus.

Urbem ipsam si perlustrare vellemus,
minis foret longum, et forte tædiosum
singula referre, ea nunc in quatuor Parochi-
as est distributa, ex quibus Mariana
est antiquissima A° Christi millesimo,
ducentesimo vigesimo nono ex se duas
pcepit, Ansgarianam et Martinianam:
Ansgariana sic dicta est a Collegio
duodecim Canonicorum A° millesimo
Centesimo octuagesimo secundo, Archiepiscopo Vigesimo quarto,
in locum duodecim pauperum, in quorum
sustentationem Ansgarius Episcopus cer-
tos redditus assignarat: unde et nomen

Collegium traxit / instituto qui antequam
 structura templi sui Ansgariani Consurgeret,
 primum in S. Willehadi, deinde in S. Jaco,
 bi ecclesia, Deo / ut habet fundatio / milita-
 runt. Martiniana vero à templo Beati
 Martini, quod cives H^o millesimo, trecentesimo
 Septuagesimo Sexto octo annis perfecerunt,
 nomen habet. Quarta Parochia est
 stephaniana à sacris et clauistro in monte
 illo S. Stephano Protomartyri sacro dicta,
 cui H^o Millesimo Centesimo trigesimo nono
 ab Albarone vigesimo Archiepiscopo insi-
 tum est Collegium Willehadinum, Civibus
 templi illius, quod nunc ibi conspicitur ele-
 gantissimum structuram liberaliter polli-
 centibus, quae tunc quidem, antequam Ma-
 riana in tres esset dirempta altera Civita-
 tis fuit Parochia et quidam suburbana, ut
 ex supradictis clarum est.
 In ceteris autem aedificiis publicis ac pri-

vatis amplissima reperiuntur duo Monachorum cenobia, cum templis suis, quorum alterum in Ptochotrophium, alterum in Scholam et armamentarium est conversum.

Nihil dicimus de instructissimis Granariis, nihil de instaurata non ita pridem Commendatoris ordinis Teutonici aula, cum insigni Spiritus Sancti sacratio, nihil de splendidis tam Canonorum quam Civium aedificiis, nihil denique de tota passim urbe sparsis sacellis, Nosocomiis, Ptochotrophis aliisque id generis structuris quam plurimis.

In foro te paulisper sistemus ad Rolandum, qui oculos convertit in Petri Basilicam non qualem Liemarus vigesimus Septimus Archiepiscopus saepe ante structam destructam reliquit, sed quae altiore illo acumine post demum millesimo, quadringentesimo Sexagesimo Sexto minari coelo coepit, et parte

aquilonari quæ Anno millesimo, quingentesimo secundo totis viginti annis est dilatata, eo ipso tempore s: quod ominus loco accipimus: quo nostri misertus dominus, clariorem verbi sui lucem per Ruffinum Martyrem apud nos accendit. Circumspice jam ad latius Rolandi sinistrum Curia illa est novissima Anno millesimo, quadringentesimo quinto constructa, in locum domus Gotschalchi factum propter Sigarchicam factionem Anno circiter millesimo trecentesimo, ex urbe bonis publicis ejecti, et Andree Coriariorum, quibus ideo in Hypogæo vinano peculiaris sedes ubi conveniant, de rebus suis deliberant, tribus illius insignia, bina arietis cornua præferens, est assignatus. Paulo supra Curiam orientem versus Archiepiscopalis surgit aula, à Giselberto Archiepiscopo

extructa, Cum splendido olim Mariæ
 Magdalena sed nunc inculto sacchario,
 versus occidentem templum antiquissi-
 mum vides Virginis Deiparæ, et sub
 curia vini promptuariū publicū.
 Convertite te ad ea, quibus Terga ob-
 vertit Rolandus, en Telonium cum
 Pharmacopolio, et lanionum atq pisto-
 rum andriis. Deniq in tuere ad latus
 dextrum nitidissimam illam substruc-
 tionem, quod Mercatorium Andrium esse
 Neptunus, et navis plenis velis mari lata
 ostendunt. Quid miraris? locus am-
 plius, Copia præclara, habitatio
 commoda.

De maris Evi merces, et Iberica vitant.
 Aequora, te classes Lybii profundi.
 Et quicquid vario, per flumina, per ~~fata~~ ^{fratas} curas
 Advehitur, toto tibi navigat urbe. κατα πύλας